libri de quo sumptum est, emendari. Sed cor
ita transumptator inveni ut paucissimis
exceptis. numquam in eo libro capitulorum
quodlibet posset inveniri, in quibus tituli
prenotatio illud docebat haberi. Tunc ego
ad laborem accinctus. cepi omnes quos habemus
beati gregorii libros percurrere. Et numquam
a labore quievi, donec omnia capitula,
que liber ille paterii tenebat, quo libro essent
posita investigavi. Et sic et ipsis locis
unde sumpta fuerant emendare curavi
et, ut deinceps si quid scriptorum culpa
corruptum fuerit. facilius eo||(3r)dem
modo possit emendari. non solum quo
vel quoto libro. sed quoto etiam libri
capitulo sententia quelibet habeatur sup-
scripsi. sed hec mihi querenti dum
multa de libris, quorum codex ille
nichil habebat, testimonia sponte
occurrerent, placuit mihi maiore
diligentia queque possent inveniri. Scri-
pturarum investigare. et eadem ratione,